



Legia Catholica

Robertii, Johannes

Leodii, 1633

21. S. Monulphus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](#)

*in Christi nomine, Episcopus
Tungrorum, quod est Traie-
ctum, subscripti.*

XXI. S. MONVLPHVS
EMergimus ad tempora, dis-
cussis persecutionum, & ig-
norantiae tenebris, cognitionis,
& veritatis luce clariora.

S. Monulphus circa annum
571. B. Domitiano succedit, ge-
nere & sanctitate clarissimus,
Sedemq; S. Materni annos ad-
modum 39. tenet, & omni vir-
tutum genere auctam exornat.

Traiecti, (vbi tum Episcopi,
vastatis Tungris, habitabant)
magnificum Templum ædifica-
uit, inque illud S. Seruatij sacra
Pignora deportauit, eiique am-
plissima prædia sua in perpetuum
attribuit.

Idem Principis cuiusdam a-
nimam, suis, & totius Populi
oratio-

orarionibus, ieiunijs, & eleëmosynis, à cruciatibus longioribus liberauit.

Clericos, Deum timentes instituit in Ecclesiâ S. Seruatij, eosque Canonicis regulis viuire voluit.

Huic Sancto ô Catholica LEGIA, debes vaticinium, quod te nunquā obliuisci decet. Proficiscebatur Traiecto Dionantum. Ex itinere, capitur amœnitate tuæ Vallis: quærit Vocabulum: LEGIAM appellari audit: Moxq; Prophetico tactus Spiritu (verba sunt Ægidij, Aureæ-vallis Monachi) *Eia,* inquit aslantibus, *Locus,* quæ Dominus ad salutem multorum fidelium suorum elegit; Et quem per merita cuiusdam serui sui, postmodum magnificè illustratum Summis Ci-

uitatibus æquabit, statimq; de-
scendit, locum orationis desi-
gnauit; constructam Ecclesiā
in honore Sanctorum Cosma,
& Damiani Martyrum, Do-
mino consecravit: quam post-
modum S. Lambertus suo sa-
cro sanguine nobilitauit.

Nota, Ô Nobilis Legia, quo-
rum sit, Ecclesias, & Oratoria
in Sanctorum cultum extruere,
exornare, consecrare: &c, quid
de eorū religione sentiendum,
qui neque Sanctos coli volunt;
& eorum Ecclesias polluunt, &
prophanant. Opto equidem, ut
quoties S. Lamberti Nobilem
illam Basilicam intueris oculis;
animo Religionem illam Pa-
trum nostrorum intuearis.

XXII.